

No. 949. 1434. 20. Mai.

B. Johann beauftragt als von dem allgemeinen Concil zu Basel bestellter Collector des zwanzigsten Theils des gesammten Jahreseinkommens der Geistlichkeit seiner Diöcese den Decan des Hochstifts bei Uebersendung des Originals des an ihn ergangenen Decrets diese Abgabe von der Domkirche zu Meissen und der Collegiatstiftskirche zu Wurzen, sowie von den Klöstern und Beneficien der Probsteien Meissen, Grossenhain, Wurzen, Zschillen und Riesa, des Decanats und der Archidiaconate Nisan und Chemnitz einzuziehen, darüber Rechnung zu führen (percepta in quaternum conscribere), zu quittiren und Säumige durch Bedrohung mit Kirchenstrafen zur Zahlung anzuhalten.

Datum Basileae die vicesima m. Maii etc.

Nach einem Transsumt wie No. 948.

No. 950. 1434. 9. Juni.

K. Sigmund befiehlt unter Bedrohung mit namhafter Strafe den Vasallen und Lehnsleuten des Stifts Geistlichen und Laien die zufolge des Lehnsverhältnisses schuldigen Pflichten und Dienste zu leisten.

Sigismundus dei gratia Romanorum imperator semper augustus ac Hungariae Boemiae Dalmatiae Croatiae ꝛc. rex. Universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus ducibus marchionibus lantgraviis abbatibus prioribus abbatissis priorissis comitibus baronibus militibus clientibus civitatum opidorum et locorum communitatibus aliisque personis ecclesiasticis et secularibus, quaecumque opida castra villas iurisdictiones vasallos nobiles et feudales populares thelonea annuos redditus. perceptionem decimarum et alia bona in quibuscumque et ubicumque consistentia quocumque etiam vocabulo vocitentur a venerabili Johanne episcopo et eius ecclesia Misnensi in feodum habentibus seu habere debentibus, cuiuscumque praeeminentiae status dignitatis aut conditionis existant, praesentibus et futuris nostris et imperii fidelibus et devotis dilectis gratiam nostram caesaream et omne bonum. Venerabiles illustres strenui et fideles dilecti. Venerabilis Johannis episcopi Misnensis praefati principis et consilarii nostri devoti dilecti nostrae maiestati oblata petitio continebat, quod nonnulli ex vobis certa opida castra villas iurisdictiones vasallos nobiles feudales populares thelonea agros prata redditus annuos perceptionem decimarum episcopalium et alia bona, quae ab antiquo fuerunt et hodie sunt eorundem episcopi et ecclesiae Misnensis propria, tenuerunt et habuerunt et hodie habent et tenent in feodum ab ipsa Misnensi ecclesia memorata, nec tamen de eisdem ab ipso Johanne episcopo moderno eorundem feodorum dominio infeodari sive investiri, nec sibi et eidem ecclesiae fidelitatis homagium ratione pheodorum huiusmodi debitum praestare curarunt neque curant de praesenti, alii etiam ex vobis in limitibus principatuum comitatum baroniarum seu dominiorum in suis feodalibus bonis commorantibus servitia dictorum feodorum praetextu sibi debita denegant per expressum, alii etiam ex vobis certos alios habentes vasallos tales et homiligios omni homiligio liberos a se dimittunt ipsisque licentiam, ut dominum alium sibi eligant, de facto concedunt, alii etiam ex vobis